



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**IOAN. PETRI || MAFFEI, || BERGOMATIS, || E SOCIETATE ||
IESV, || HISTORiarVM || INDICARVM || LIBRI XVI. ||
SELECTARVM, ITEM, EX || INDIA EPISTOLARVM || LIBRI
IV. ||**

Maffei, Giovanni Pietro

Coloniae Agrippinae, Anno M.D.XC.

VD16 M 105

Historiarvm Indicarvm Liber Sextvsdecimvs.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64627](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64627)

subdebant iugo. contumax etiam tum, & fida
 diosa, veruntamen manus olim data nobilitate
 à Christiana humilitate, ac mansuetudine, reges
 umque ac vulgi confortio valde abhorrebat.

HISTORIARVM

INDICARVM

LIBER SEXTVS DE-

CIMVS.



INTER hosce tam varios dubios
 que rei Christiane successus, re-
 tinu & graue apud Ceilanios
 que bellum exarsit. Columbus
 Regi, qui Cottam pariter inlig
 obtinebat urbem, tres erant
 ris filij, ad quos, de more gentis, hereditas per-
 nebat. ij, expetitum ab insita dominandi libi-
 regnum, senecta auunculi detineri a gre ferent
 facta coniuratione Regem interimunt, inde
 inter se opes & imperium partiuntur, vti nam
 ximus, nomine Parea Pandar, ius populis e res-
 folio diceret, minimus, cui Madunio nomen
 dio paucos intra dies extincto) militaribus
 pijs cum stipendio ac potestate preeset. Ac post
 qui de concordibus inter se animis agere vident
 (vt est omnis dominationis male fida focera
 pitales inter vtrumq; dissensiones exorta. Qu
 Madunius, non pro dignitate meritisq; tradit
 quippe qui precipuo periculo & audacia mota
 vim ac sceleratas manus auunculo, ceteris locum
 tibus, attulisset; magisq; sese in dies a Paree
 tu-

tudine rationibusque alienum ostendere. at ille, nouis quotidie sese caputque suum praesidijs aduersus fraternas insidias impietatemque munire. inter cetera, cum Lusitano Rege per supplices litteras egit obtinuitque, uti nepotem ex filia, contra consuetudinem, excluso Madunio, in regni successione iusque adoptaret. Eo acriore incensus ira Madunius, exercitu coactio apertum fratri bellum inferre, Cottanos euastare fines, ad oppidum castra mouere non dubitat. Rex item, ne contra latronem ac perduellem, aggere moenibusque potius, quam armis ac virtute sese tutari videretur; male auspicio eductis extra oppidum copijs, idoneo confidet loco. erat in eius castris auxiliaria Lusitanorum cohors, ex ijs gregarius quidam (temere, an a Madunio corruptus, incertum) plumbeo missili, sine metu suis obuersantem Regem interficit. Tum proceres in urbem ex templo sese recipiunt; nepotemque Parex, regijs communi consensu decoratum insignibus, in auita collocant sede. mox, diffusi adolescentis aetate, ac popularium animis, instante praesertim ac minitante Madunio, nouum ab Noronia Praetore subsidium petunt. Ille sine mora instruit classem: impositisque Lusitanorum millibus admodum tribus, ipsemet eam expeditionem obire constituit. praetendebatur bello, vetus cum Columbano foedus, & pia pueri pene circumuenti defenso. sed arcana suberat profectiois illecebra, quod a quibusdam pro certo accepisset Praetor, auri argenti que thesaurum in urbe Columbo repertum, quo si potitus foret; & Lusitanum crebra erogatione exinanitum ararium opportunè suppleri, & se suosque facili negotio ditari posse confideret. Hac mente consilioque profectus, inco-

lami classe Columbum defertur, leucas ab
 Goa ducetas. descensione facta, primum omnia
 in thesauri perscrutationem toto pectore in-
 buit: & exacerbatis peracri quaestione oppidan-
 adeo vt non pauci ad hostem subinde transire
 ingenti labore miseriaque tandem eruit quod
 reorum centum millium summam expleret, qui
 tum in classis bellique apparatus insumpserat
 ter hæc Madunius contractis vndique copijs in
 Ceitauacam urbem, à Columbo nouem inter
 leucas, intenta cura sese munire pergebat. Pro-
 tis eò signis Prætor haud magna mole urbem
 pugnat: direptamq; ferro & flammis excindit.
 Madunij exitu nihil traditur. inde, firmato pup-
 li regno, quam inuenta pecunia latior clariorque
 Goam solpes reuertit. Ab Goa, renouato impu-
 tu, Ciembè insulam perit, receptaculū latronum
 Malabariū, in Cocinenis Regis dana pernicios-
 que imminentium. hanc frustra nuper à Capta
 circumfessam, ipse haud incruenta victoria ca-
 dem cepit; Malabaribus partim caesis, partim
 seruitutem abductis. Circa idem tempus, au-
 cupienti Solimano Turcarū tyranno, occupata
 Armuzia viciniq; tractus oblata denuò spes,
 hometanis inquilinis odio Lusitanorū per clas-
 stinos identidem nuntios litterasq; sollicita
 ea si obtinuisset loca, perbreui in Cambaia
 diam transitu, Lusitanos quaestuosissimi com-
 cij fructibus, & iniusta lōginqui maris posses-
 sione, facillimè depulsurū. Eiusmodi stimulis
 tus Turca, cupidus præsertim delendæ igno-
 ad Diu prioro bello susceptæ; Peribecum
 è Præfectis, qui ad Mecam agebat, classem ad
 zio properè iubet accersere; & Adeni ^{classis}

quàm occultissimè præteruictum, Arabiæ Felicis quicquid Lusitanorū custodia teneretur, necnon Armuzianos fines, repentino aduentu (si res patiatur,) inuadere; cum eo tamen, vti ad colligendam clementiæ famam, incolarum animos benigna oratione ac promissis alliceret prius, quàm incendijs, cædibus, populatione vexaret. Ille, triremibus quinque & viginti, onerarijs duabus exemplò deductis ornatisque, celeritate vsus & secunda navigatione, Mascatum applicuit. Lusitani sexaginta, duce Ioanne Olisiponensi eam arcem obtinebant. ij, vel subito classis appulsu perterriti, vel à comitatibus imparati; Peribeco saluis corporibus & libertate deditiōnem faciunt: eiusque mox deditiōnis luere piaculum; à barbaro contra pactiōnis fidem, & Solimani mandata malè mulctati & in custodiam & vincla coniecti. Eius rei fama pauidis illicò nuntijs Armuziam allata, cum in maius, vt sit, cuncta certatim auerent; ita occæcauit animos omnium; vti amentes repentino terrore Mahometani pariter & Christiani diffugerint. Rex cum proceribus in tuta iam sese receperat loca, ciues & inquilini, partim arreptis quæ carissima habebant, partim etiā præformidine ac festinatione relictis; auos alij montes, alij proximas insulas petunt, duo tum ad Armuziam è Societate IESV agebant patres: eorum alter, ad nauandam in extremo discrimine Lusitanis operam, sese cum ijs in arcem inclusit; alter, neophytos, ne mortis metu à Christo deficerent, corrogatis in alimentis pecunijs, ad Mogastanem continentis oppidum ingenti labore traiecit; eumque ibi gregem ad vsque transitum illius tempestatis cum fide curaque tutatus est. At Peribecus obuio nemine

pro-

prouectus, vacuam hominibus, gaza refertam
 bem, ad Turumbacum ab arce procul ingre-
 tur: aduersus Lusitanorum eruptiones militum
 doneo loco disponit: dein cæteris diripiendi
 pidi signum dat. Pauca tum erant emporia. Am-
 ziano diuitijs comparanda: vsque adeò multi
 nium fermè nationum insitiores, varias illuc
 mæ notæ merces opesque congefferant. Ergo
 tum pretiosæ vestis, gemmarum, & vnionum,
 que & argenti exhaustum; quantum alioquin
 pedita ad iter faciendum aliquot nauigia capere
 potuerunt, exposita dein ad arcem oppugnanda
 & aptè locata muralia tormenta, queis Peribetæ
 præcipuè infestum sibi vnum è propugnaculis
 ta pilarum vi sine intermissione quassauit; vna
 lutis iuncturis bona pars muri prociderit. adeo
 certis ictibus pares globi in aduersa tormetorum
 ora contorti, vt nostris amplius ex eo loco iac-
 landi facultatem eriperent; neq; inter verberan-
 nem omninò quisquam ostendere sese pro-
 auderet. Ea edita strage haud tamen ad subueni-
 conserendasque manus Turcæ animus fuit; sed
 asportandam festinaret prædam, seu præsidij
 nitudine territus, quod Lusitanos bellatores
 plus octingentos omnibus rebus ad sustinenda
 vel oppugnationem vel obsidionem instructo-
 ce contineri non dubiè comperisset. Ostentat
 tur in speciem, dein omiſsa pugna, Queixomen-
 fulam, quò multos ex vrbe confugisse audi-
 protinus petijt: oppressisq; ac variè cruciatim
 quid secū asportauerant fortunarum extorſit.
 grauè spolijs classem ad Bazorá vrbe, que
 mo est Persico sinu Turcicę ditionis, applicat
 recognitæ manubiæ, & è molesta iactatione.

ctus miles. At Goam vt primùm circumsideri ab
 Turcis Armuzianos allatum est; Prætor, quan-
 ta maxima potuit classe exercituque coactò, Dium
 sine mora processit, inde, ne præsidij Indiam nu-
 daret; cum parte copiarum Antonium Noroniam
 iubet Armuziam pergere. Profectus, desertam di-
 reprimamque urbem; itemque solutam dudum arcis
 obsidionem inuenit, intento dein reuocandis ha-
 bitatoribus, triremes duas è freto in altum egredi
 nuntiat. Peribecus, Mecam ante hyemem reditu-
 rus, pretiosissimis vtramque rebus onustam, nocte
 per summum silētium à Bazora soluerat, reliquis
 deinceps pari silentio sequuturis. Ad harum con-
 spectum Antonius confestim anchoralibus præci-
 sis, abeuntem latronem insequitur, at ille, antecap-
 to iam spatio, per summam & remigum contentio-
 nem, & nautarum industriam, vix tamen atque æ-
 grè instantium ab tergo Lusitanorum effugit ma-
 nus. Inde mœrens tam paruo sibi momento elap-
 sum hostem Antonius Armuziam reuertit; adita-
 que Regis iussu arcis præfectura, classem, vti man-
 dauerat Prætor, Didaco Noroniæ tradidit. Eius o-
 pe ac præsentia dum fauces freti, vicinamque oram
 attentè percursat; profugi maris accolæ in patrias
 reuocati sedes; inclusi que intra sinum hostes, cap-
 to haud semel impetu cum ex angustijs erumpere
 conati essent, onerarijs duabus amissis præclare
 cohibiti, quoad vrgente demum hyeme Turca Ba-
 zoram, Noronia Goam in hyberna concessit. neque
 ijs dum exactis, Prætor, cui puniendæ Turcarum
 audaciæ cura viuebat in pectore, Fernandum fi-
 lium cum magno nauium ac militum numero ad
 easdem obsidendas fauces maturè transmisit, is ce-
 leri cursu in Arabiæ conspectum delatus; specula-
 torijs

torijs nauigijs quoquo uersum dimissis, cognouit
 partem triremium, ceteris ex interuallo sequen-
 bus, cursum ad fauces intendere, continuo clas-
 rios ad demendum nomini Lusitano dedecus,
 ad uiscendas fratrum ac sociorum iniurias o-
 hortatus; ad Rosalgatum promontorium dis-
 proras iubet, inde oram legens, circa Mascari-
 uias triremes habuit octo: ea, vitandi congressus
 causa cum littus propemodum singula abradere
 Fernadus e cellarum numero tres rostratas, cal-
 lorum instar, vltro in arenam inflatis velis ante-
 re non dubitat, inde transitu alueis ac misilibus
 intercluso, habiliores ad cursum dromones & ce-
 pedita nauigia qua remis agerentur, egregio mi-
 lite instructa, in hostes immittit, ij, desperatis re-
 rebus, cum iactura triremium sese in terram pra-
 rantes eijcere; oppressi celeritate nostrarum nau-
 um trucidantur: ac nullo pane certamine tri-
 mes abductae, ceteris Turcis e longinquo specta-
 tibus, qui suorum casu perterriti, ac Mecam ne-
 liceret quidem tanta accepta clade redire non u-
 si, longiore ambitu in Cambaia fines ad Cindio-
 nem regulum perferre. is, in fidem acceptos
 supplices, repetente dein Lusitano, ita seruauit
 in eius gratiam triremes ad vnam omnes me-
 bratim dissolutas, ad nauigandum prorsus in-
 les fecerit. Eam satisfactionem Praetor Lusitanus
 accepit, Fernandum interim, haud leui parte
 gloria, quominus sincero gaudio frueretur, quia
 de illis in breuia rostratis angebat: ne in his
 nitus euelli non possent, verum postquam plura
 re accedente aitu paulatim alleuari ea praesidio
 salo prorsus liberae atque agiles innabant, tum re-
 ro plausus & clamor militum ac nautarum ex-
 ce-

tus: velisque in Orientem datis, Goam incolumes ingenti omnium gaudio peruenerunt. At Peribeco, cum duabus quas dixi triremibus prospera nauigatione Mecam reuecto, malè partis opibus diutius frui non licuit. Solimani iussu, cum rei gesta seriem postea didicisset; execrandæ rapacitatis arque perfidiæ pœnas capite abscisso perfoluit. Per idem ferè tempus, periclitanti Parauanæ Ecclesiæ priuato consilio ac virtute subuentum. Indici maris oram, præsertim quæ ad Cori promontorium vergit, distractis tum in diuersa Lusitanis viribus, Malabares Turcis immisti, atrocinijs & incursionibus infestam nomini Christiano reddiderat; nauibus ad viginti, anni vix spatio interceptis, idem oppidum Punicale, oppugnantibus ab terra Mahometanis, admota ipsi classe vi ceperant, Henrico Henricio è societate IESV, nec non præfecto præsidij Lusitani cum vxore ac liberis & quinquaginta militibus in custodiam datis: quodque multò erat detestabilius, Parauanos aliosque neophytos ad quinquaginta millia varijs artibus ab Christo abducere nitebantur. Eius rei Cocinum multiplex iam fama peruenerat: itemque per litteras Parauæ Christiani tam duris in rebus opem ab ea ciuitate precibus infimis implorabant. ac demum, instanti minaciter hosti, vt Christiana desererent sacra, consensu responderant, nisi intra quintum diem subsidium à Lusitanis venisset; tum se de religione deliberaturos. Interim Cocini cognito lociorum extremo discrimine; ingens incesserat dolor, quod ærario exhausto, & absente magna parte iuuentutis ac nauium, publicè Parauis opitulandi nulla esset facultas. Inde cum vulgo mœsti perplexique, casum

vicinæ

vicinæ Ecclesiæ miserātes, hērent, Aegidium
 nandus Caruallius in communi causa precipue
 Christianis operam nauare constituit, eximiu-
 tate pariter ac fortitudine vir; quam nuper
 fidione Malacensi nobilitauerat. Is contractu
 dique pecunia, & omni pene domestico instru-
 to in idipsum oppignerato; quamuis tum e-
 altero laboraret; biremes quatuor, manciatis
 nam (actuarius genus id est) confestim omnibus
 bellum rebus ornauit. multis deinde cum ho-
 mis per sacram confessionem expiatus, coele-
 refectus cibo, in hostes duxit intrepidus: eos
 ad Calecarem vicum assecutus; vno IESU
 mine fidenter inuocato, renouatis quæ iam
 fenuisse videbantur militiæ Lusitanæ miracu-
 rostratas minores duodecim, lenunculos, quos
 cant cialatones, amplius quadraginta, momen-
 fudit fugauitque: in terram dein egressus, Ma-
 metanorum ædificijs ignem iniecit: Henricum
 grauia & acerba multa perpeffum, cum reliquis
 fitanorum manu è vinclis eripuit. Sub idip-
 ferè tempus quo aduersum Christi fideles Ma-
 rica grassabatur impietas, (ex quo facile dicitur
 filij ac destinationis appareat altitudo) ex eu-
 natione gloriosum euangelio testimonium po-
 bebant Malabares adolescentuli sex circiter
 ginta, ab nono ætatis anno ad septimum vique
 cimum. hosce, Lusitana qua vehebantur nauis
 ca Arabiam à Turcis excepta, cum à Christianis
 Mahometem traducere summa ope barbari
 rentur; postquam alternis blanditijs minime
 proderant; ad verbera cruciatusque descendit.
 Adduntur ad ceteram immanitatem stillantis
 igne liquati. ea tormenta multasque præter
 iuras

inrijs, puerorum virtus fidesque vicit egregie.
 Turcæ obstupefacti constantia, ab ijs vltra vexan-
 dis tandem abstitere. At Caruallius, præter insig-
 nem apud Indos gloriam, ab Lusitanis quoque, &
 ab ipso in primis Noronia debitum tantæ virtuti,
 & caritati præconium tulit: dumque digna talibus
 factis exquiruntur præmia; interim è regio fisco
 quicquid meam expeditionem insumpserat, be-
 nigne repensum. Eodem Noronia Prætoris, cum a-
 lia, tum duo præsertim horrenda fuere naufragia.
 Emmanuel Sosa, cognomento Sepulueda, qui Di-
 ensi (vix memoratum est) præfuerat olim archi, vir
 opulentus ac splendidus, ducta in matrimonium
 Eleonora Garzia Salæ tum Prætoris filia, tactus
 desiderio patriæ; pressam diuitijs rostratam excel-
 sam Cocini conscendit, sequebatur vxor, ac parui
 liberi; & Pataleon Sala, & nobiles aliquot; & præ-
 ter nauas, famulorum etiam ac mancipiorum tur-
 ba: in vniuersum capita ferme sexcenta. Ianuarij
 mensis initium, Lusitaniam ex illa petentibus ora,
 statum soluendi tempus. ventorum id vices, ac du-
 dum explorata nauigandi ratio postulat. Sosa cum
 cæteris, quod impediret ad Coulanum coemptio
 fuerat, non nisi Februario mense profectus; circi-
 ter Idus Aprilis Castrarium littus aperuit. Inde le-
 ni statu prouectis, circa Bonæ Spei promontorium
 vehemens ab occasu obstitit ventus, idque cum
 fulguris, & coeli fragore, tetraque ac minaci nu-
 tum vi. Tum inhorrescens mare paulatim at-
 tolli, maioresque in singula momenta ciere fluctus.
 Cum in aduersum obnitendi, remigio destitutis,
 nulla esset ratio; paulisper addubitatum à nautis,
 trum demissis antennis, in salo transitum tem-
 estatis expectarent. verum Oceanò magis magis-
 que

que saniente perterriti; simul propter anni-
 pus abiecta superadi promontorii spe; retro-
 diam pari consensu vela dare constituunt. Sed
 id quidem è voto successit, adeo violenti accen-
 tini flatus ab Oriente, diuersisq; coorti-
 quassata iam nauis in perniciem conspirat.
 Horum impetu vela primùm discissa: malis co-
 de, mox gubernaculum, frustra fluctus euitare
 gistro, diffringitur. præterea costis immo-
 ctatione cõuulsis, multo plus accipiebatur
 quàm vt exhauriri aut egeri summa turbæ
 contentione & industria posset. Neq; præcipi-
 leuandæ nauis bona onerum pars, auerterebat, et
 um. per hunc modum spoliati armamentis; ob-
 sante perpetua mortis imagine, dies aliquot
 to iactati, postremò vrgentibus à meridie ven-
 certum ad naufragium ad terram appelluntur
 que erat in malis potius quicquam, ni viuenti-
 dentesq; hauriri profundo, vel in cæca vadibus
 tesq; adigi mallent, ad teli ergo missum iactu
 vtraq; parte anchoræ, dum scaphis, quæ vna
 erat salus, in continentem euaderent. Sola
 lios cum vxore filijsq; & primarijs aliquo-
 tim elata pecunia gemmisq; transuecti hauri-
 ne ingenti periculo: vsq; adeo immahes tota
 re moles aquarum illis reciproco frangebatur
 neque idem effugiũ ceteræ multitudini parua
 phis, post vnum alterumve traiectum, in doli-
 breuia impactis & comminutis. Eodem feruore
 poris articulo anchorarius funis in Austrum
 uersus, quamquam valido nexu & crassitudine
 rumpitur. Tum qui remanserant, diuulsa nauis
 tera, & vasto dehiscens hiatus alueum compa-
 sati, erumpentia ex imo dolia, sarcinas, capitula
 corri-

corripunt; seque, incertam ad spem, qua cuique
 proximum est, in mare demittunt. Miserando hinc
 spectaculo, immistos fluitanti gazæ mortales, &
 naualia instrumenta passim agi ferrique cerneret.
 Perire ab ipso statim deiectu, Lusitani circiter
 quadraginta; ex alijs nationibus, ad septuagin-
 ta; reliqui haud semel operti fluctibus, ac turgido
 spumantique æstu in diuersa raptati, ad hæc, scri-
 niorum incussu liuidi, aut clauorum squamarum
 que icu cruenti (tantus amor est lucis) tandem
 semianimes in sicco vestigia posuere. Vixdum e-
 uaserant; cum in conspectu omnium, vacua ho-
 minibus carina subsidit; & arenis illata, duas pri-
 mum, dein quatuor in partes, ad extremum in mi-
 nucissima frusta dissiliit. hæc maximè clades ad vl-
 timam pæne rerum desperationem Lusitanos ad-
 duxit, quippe, consilium fuerat, è reliquijs naufra-
 gij subitarium dromonem inietis vestibus ad cur-
 sum aptare; atque vbi licuisset, cum delectis retrò
 Sofalam aut Mosambicum opis petendæ causa
 transmittere. Eam quoque sibi facultatem erep-
 tam videbant, cum è dilcerpto navigio laceroque,
 vix vlla fragmenta cubiti mensuram excederent.
 paulatim dein, quæque supernatauerant, quæ-
 que obruta fuerant, pæne cuncta cum cadaveri-
 bus in litus eiecta: ipsæ quoque demum anchoræ,
 hæcque, & minora tormenta, quamquã hæc qui-
 dem prorsus inuilia; sulphureo omni corrupto
 puluere, neque vilo coniciendi apparatu. Inter
 hæc aeuumnus abierat: & quod ab æquatore in me-
 ridiem gradus vnum & triginta distat regio; refo-
 vendæ turbæ, frigore, inedia, vulneribusque tor-
 enti, Sofa complures excitarat ignes. tum ex ali-
 quot oryæ semicorruptæ modijs, ac salsamentis

quæ tempestatis iniuriæ superfuerant, cibari
 singulos parcè diuisa: quod squalida circum
 na, ac nullum esset cum incolis, fera & inho
 natione, cōmercium. dulces tantùm in pron
 scaturigines emicabant. atque ob id, conuen
 orbem serinijs, aduolutoq; saxorum pondere,
 securas exigerent noctes, loco munimenta cin
 data; & quatuor in partes, vt affolet, vigilia diti
 butæ, quas intempesta nocte haud semel circū
 Sosa; neque vllum, in tali calamitate, boni & ci
 & præfecti omittebat officium. Tredecim feri
 dies curationi corporum dati, mox de summa
 deliberatum, quid agerent, quò se conferrent
 mini dubium fuit, quin oram tenentes, ad flumē
 contenderent, cui Laurentius Marchesius olim
 Sancto Spiritu nomen indiderat: eodemque Lau
 tani ab Sosa & Mosambico mercimonijs cari
 commeabant, id flumen à statuis in Orientem
 erat leucas centum & octoginta. Ab hoc decre
 Sosa, quamquam præcipua in clade, tamen ceteris
 ipse vultu ac sermōne confirmat: ne alperis in
 bus desponderent animos, qui se pelago commi
 tant; ijs famem, sitim, iacturas, ærumnas, omnia
 incommoda esse debere proposita. quæ si con
 gant, non ita mox cadendum, quasi ea nunquam
 euentura existimarint, ad hæc, pro suis quilibet
 lictis æterna supplicia meriti; breuia ac tempo
 lia non inuiti persoluant. Simul, eo informis
 non quid perdididerint cogitandum, sed quod
 ferint, amisisse multa: sed perire vnâ cum spe
 amiserant, potuisse, monuit in super, vt in
 ras destituti gentes, nullum deinceps nisi in
 iunctione & concordia præsidium collocarent.
 nemo seorsum; omnes in commune consulerent.

nihil

nihil neque dispersis, & vagis tutum, neque conglobatis & contentibus noxium fore. postremo precatu est cunctos; in ratione itineris, Eleonoræ & filiorum vel ætati vel sexui parcerent; seque validi & robusti ad infirmorum vires, attemperare ne grauentur. Ad ea succlamatum, duceret quò vellet, & quo modo, se ab eius auctoritate arbitrioque non recessuros. Per hunc modum corporibus & animis utcumque firmatis; hoc maxime ordine capeffunt iter. Præcedebat Sofa cum vxore virilis animi fœmina, liberisq; propter ætatem securis, & Andrea Vasæo nauis magistro (is præcellum Crucis vexillum ferebat) & Lusitanis alijs octoginta, seruis præterea cœtum, hi puerulos tergo per vices; Eleonorâ infirmi pileto gestabant. sequebantur cum ancillis & imbelli turba nautici, agmen infansum Pantaleo, & reliqui cum mancipijs Lusitani cogebant. Modicis inde itineribus, per infesta Castrum incursionibus, & noxijs animantibus loca progressos: inuiz rupes, excædentia in nubes iuga, despectu horrendo conualles, cœnosæ voragines, inflata imbribus hybernis flumina excipiunt, ijs dum superandis, humilia procul vada, clementesque montium ascensus ac descensus inquirunt; littoralis spatij triginta non amplius leucas, crebro ipsi ambitu flexuque, cœcis ad hæc erroribus, in centum prorsus extendunt. Mensis inter hæc voluitur, simul, extrema quoque inopia, consumptis iam omnibus alimentis, confictari cœpti. Sustinebant famem primò conchyliâ, putresque cetorum artus, & alia maris eiectiona. dein, vbi à littore abscefferant; syluestria poma baccæue: tum tenerrima frondium; postremo bestiarum cadauera & ossa quælibet igne tostata; pel-

sta; pellesque mollitæ. Nec leuius torquebat
 cum oppidò pauci, nec nisi magna præsentis
 niæ mercede, aquæ di causa de via decederent
 diantium ex occulto latronum impetus, atque
 num etiam ac tigrium ignota cubilia metuen-
 enormia inde aquæ pretia: uti octo interdum
 reis hemina constaret. Inter quæ subinde ali-
 lassitudine, inedia, siccitate confecti, depleti
 viribus, Aethiopi diro, belluisque, & aliribus
 da restabant, suprema ad suos madata dante
 cedentibus: quorum in animis, ut fit, diuturni
 rores & proprium cuiusque malum, omnem
 miseratione ac sensum alienæ calamitatis ex-
 xerant. Sofam tamen, cari aliquot relictæ, for-
 modum angebant. vxoris verò quotidiani labo-
 miseriæque propemodum emouerant mentes: quæ
 uis illa quidem sese marito infatigabilem con-
 re pariter animoque præstaret comitem; ac bu-
 rum destituta ministerio, dudum suis ipsa pe-
 bus ambularet, addens cæteris animos; & in
 tem oneris, teneræ proli subleuandæ succeda-
 Quarto mense ad amnem Sancti Spiritus per-
 tum ab inscijs, causa latendi fuit, quod audire
 cepteque animo magnitudini haudquaquam
 spondebat flumen (quippe tribus alueis ea
 ne decurrens, in exitu iungitur) & idonei ad
 contandum explorandumque interpretes
 siquidem Aethiopicis ex alia longè regione
 cipijs quæ habebant in comitatu; nondum
 cum ijs populis tanta societas linguæ, ut perire
 possent, quæ vellent, probè cognoscere. Fem-
 modè cecidit, quod regulus ea tenebat locum
 admodum præter aliorum cõsuetudinem argu-
 vir, beneque in Lusitanos animatus, quod illi pla-
 cidum

cidum & æquum paulo ante commercium cū ipso
 Lurétio Marchefio, & Antonio Calderia fuisset. Is,
 peramante acceptum Sofam & reliquos apud se,
 dū aliquis ab Sofala infitor appareret, omni arte
 retinere conatus est, partim ab infita humanitate,
 partim etiā proprii, comodi gratia, quod finitimis
 implicitus bellis, tempestiuo firmoque sibi auxi-
 lio diuinitus oblatam hanc putaret manum. ac
 proinde, post multa benigni vultus inuitamenta,
 deniq; gestu, nutibus, & incerta vocum significa-
 tione denuntiat, haud procul abesse inde potetio-
 rem se Regem, impium, & rapinæ adfuetū: si per-
 gant, præcipitis consilij poenas daturus. Nec pre-
 ces, nec monita profuere. quò liberali^o habebatur
 Sosa, eò magis fraudem suspicatus, porrò abire cò-
 tendit, nauiculisque ab eodem regulo impetratis
 fluium traiecit. Quinto die ad mediū amnis bra-
 chium processere, leucas iam à naufragio trecen-
 tos emens; è quingentis comitibus ad centum &
 viginai varijs cladibus redacti non amplius. id
 quoque brachium, conductis pretio lintribus, im-
 minentium igaari transmittunt. maiore dein vsu
 linguæ, per interpretes haud dubiè cognitum, id
 esse nomen quod tanto iam diu labore quæsis-
 sent: & eiusdem habitus albos homines illuc nauibus
 itare consueffe, non longè à mari is locus aberat.
 falsi ex eo latices: neque vllam dulcis aquæ venam
 circum apparere contabat. ad hæc, solum planè in-
 cultum ac sterile. cū ibi Lusitani, malis victi, sub
 noctem necessario consedissent; postridie aduen-
 tantes Aethiopas fermè ducentos adspiciunt. ac
 primo adesse prælium rati, arma quæ malè iam su-
 stinebant, expediunt: reliquias virium ad repel-
 lendos fugandosque latrones intendunt. dein,
 post-

postquam pacatus appropinquabat Aethiopia
 quinam, & vnde profugi, blandè quærebant:
 ta fiducia, infortunij summam, & exhaustos
 res, per interpretem exponunt. cibaria tantum
 que ea gratuita iure gentium petunt: ferram
 genti expetita conciliando commercio profi
 Haud spernenda crescendi occasio barbaris
 tantum de re extuto aggredienda solliciti, act
 è fraude mendacioque confati, respondent, ni
 esse comæatus in promptu: haud ita distare
 pidum: eò si accesserint, hospitaliter ac benig
 cunctos ab Rege tractatum iri. Suadebat requi
 vltima lassitudo, & inuentus agnitusque tam
 exoptati fluuij terminus: vafana insuper famer
 gebat ac sitis. age sanè. ducibus iisdem ad opp
 dum tendunt. iamque successuros, per viatorum
 ingressu prohibet Rex. densæ arbores in vicinis
 signatæ, quarum ymbra sese vtunque reficere
 sex ibi dierum fuit mora: clauos seimè reuulsi
 naufragij tabulis, cum carnibus nutritu que
 permutabant: sitim leuabat in proximo fons.
 tracta inde cum incolis nonnulla consuetudo
 perniciosam in spem hospitij Sosa paulatim
 ctus, mercatoris cuiuspiam aduentum ab Sosa
 si liceat, ibidem operiri constituit, id ipsum ad
 opes cum valdè hortarentur; ex ijs missi ad
 gem, qui Sosa interim, & coniugi, cæterisque
 instituta societate paulo commodius diuersi
 peterent. Ille, popularium haud absimilis, op
 busq; artibus ad fallendum instructus, iubet
 renuntiari; se suosque optimo esse in aduentu
 calamitosos animo: sed quominus eos adhuc
 oppidum admiserit, duabus maximè causis
 datum. altera, quod magna tum annonæ penuria

vno omnes loco sustentari nõ possent: altera, quod
 ferro succinctos, & vario genere telorum, incolæ
 seminudi, ac sudibus tantum aduerti, maiorem in
 modum extimescerent. Si animum inducant Lusi-
 tani, ad pacatæ mansionis fidem, arma interim a-
 pud se custodienda sine dolo deponere; se domi-
 sue præfectum primoresque benignè habiturum:
 reliquos, circumfusis oppido vicis fida in hospi-
 tia diuisurum. Dura omnino postulata visa conci-
 lio, sed reculantibus, extrema necessitas & egestas
 instabat, ergo nemine præter vnam Eleonorâ dis-
 suadente palam; Sosa qui amicè monenti atque in-
 uitanti regulo priori abrogauerat fidem; repudia-
 tis Eleonoræ precibus monitisque, se ac sua demum
 omnia infidioso huic præpostera credulitate per-
 mitterit. cohors reliqua ducis auctoritatem sequi
 non dubitat. tradita extemplò arma præmittuntur
 ad Regem: Sosa cum vxore, liberisque, & fidelibus
 alijs fermè viginti subsequitur. ceteros quinos
 vel senos regij præfecti varia in loca diducunt.
 necdum ad inhospitales peruenerant casâs, cum
 destitutos ac dirèptos ab ope mutua; non peculio
 tantum, si quid abditum gerebant, sed vestimentis
 etiam quamquam attritis ac laceris exuunt; eaque
 nocte maligne admodum pastos, manè fustibus cõ-
 uitiisque per summam perfidiam & immanitatem
 rectis ac vicis exturbant. Rex, gemmis, auroque, &
 argento, & quod pretiosi reliquum Sose & familia-
 ribus fuerat, auidissimè raptò, corporibus tantum
 ac vestimentis abstinuit; domoque cunctos item
 exegit, insuper increpans, clementia adductum se
 non pro meritis tractasse vagos piratas, & commu-
 nes humani generis inimicos. Tum demum sensè-
 re Sosa comitesque, quàm stultè sese inermes ig-

notæ ac barbaræ fidei credidissent. Neque hæc
 miseriarum fuit. nanque dum inopes consilio
 luti ordinibus, nullo rectore, nullo signifi-
 cato incerto errant gradu; noua repente Aethi-
 opum manus, præacutis armata sudibus, in Solæ ma-
 lum inuadit: ipsumque & cæteros vtriusque
 nullo discrimine vestibus nudat, obnoxios, di-
 tra ne hiscere quidem audêtes. adeo ablatis an-
 tæ ceciderat animi. Eleonora tantû, generis mem-
 ac pudoris ad vltimum retinês; obniti acriter
 gnis quin etiam, colaphis que barbaros vltro
 necem irritare: quoad mariti denique hortatu,
 deficientibus iam planè viribus, abstinit. nec
 ra: detractæ direptæque vestes; metu ac pudore
 fufis qui ex infelici comitatu restabant, atque
 tanta rerum indignitate auertentibus oculos. ita
 verò, castæ matronæ tristior omni morte lux
 defodit arenis è vestigio sese: quæ supereminens
 soluto raptim fusoque obtegit crine. mox ad
 dreæ paucosque superstites, voce suprema
 quidem, inquit, duci vestro fidem egregiam
 tistis, optimi viri. nil vltra opus est. ite, voluit
 ipsi tandem aliquando consulite. ac, si quæ
 trijs olim finibus reddi contingat; renuntiam
 loci mea me maritumque delicta perduxerunt
 stum inde silentium immobilis tenuit. ca-
 râm intuenti pignora, iuges riui lacrymarum
 so cum gemitu profuebant. Solæ item, alto
 ror ac dolor vocem incluserat. cumque
 in terram obtutu, aliquandiu attonito ac
 similis adstitisset; paterna demum exstimulæ
 cura, proximam in syluam querendo qualis
 nutrimento secedit. inde regressus, Eleonoram
 zriduano ieiunio fletuque, pane consumptam, è
 filio-

filio alterum prorsus extinctum offendit, eum-
que suis ipse manibus terræ mandauit. Postridie
eodem pabulandi functus officio, coniugem vnā
cum filio exanimem reperit, & lamentabili cir-
cum vociferatione complorantes ancillas. Hisce
confestim summois, in dextram iacentis manum
aliquandiu reclinato capite incubuit: dein, ijs-
dem adiuantibus ancillis, cadauer vtrumque
sepeliit, nihil vnquam effatus. postremò se se i-
terum abdit in syluas. ibi laniatum à feris pu-
tant, nunquam deinde comparuit. Hunc exitum,
inter paucas miserāda Sosa peregrinatio terra ma-
rique sortita, cum seculi huiusce tertius & quin-
quagesimus ageretur annus. reliqui ad centum, foe-
do agmine, rerum omnium inopes, diu errabūdi,
varijs casibus ad sex & viginti redacto numero,
cum pro captiuis haberentur, denique ab nauicu-
lario Lusitano, qui eboris mercandi causa regionē
eam à Mosambico petierat, festertijs in capita qua-
ternis redempti. in ijs Pārleon fuit: qui ante hoc
biennium, exacta iam ætate, verum præualens vi-
ribus, Olisipone subito neruorum stupore apople-
cticus obiit. Caterum tanta Sosa calamitas longē
lateque vulgata misericordiam hominum ciuit:
cupiditatem & audaciam non imminuit. Anno
quippe insequēti, nauarchi alij quinque Lusitani-
am versus Cocino soluere. Fernandus Aluarus Ca-
pralis cunctis præerat. ex ijs nauibus, vna tan-
tum Olisiponem post varia discrimina tenuit. alia
rum incerti euentus, Prætoria excepta, cui à San-
cto Benedicto erat nomen. Hæc quantum pate-
bat constipatis ad summum oneribus, vix vt nau-
tico ministerio spatia superessent; in medio cur-
su aduersus ventis & fluctibus labefacta; cum de plo-
ratam

ratam duceret sentinam, ipsa item circa Boni
 promontorium ad littus quod appellant Na
 vi tempestatis allisa dirumpitur, inter entis
 periêre ad ducentos, ceteri fermè debilitati
 mianimes, deserto in littore corpora profla
 re. Mesquita Perestrellius, qui cladi superstiti
 totam accuratè descripsit; varios insolito liqui
 dit. terrores. ingruente procella, cacodamonia
 reas in sublimi visas. ab infortunio dum se
 ad viam parant, silentio noctis nautica errant
 ibidem animarum exaudita celeumata. ceteri
 hi naufragi ijsdem fermè quibus priores ita
 bus casibusque, illuue obfiti, macie enecti, cum
 trecentis amplius, ad tres circiter & viginti red
 fet summa, redempti pariter à Lusitanis nego
 toribus; miseriarum & patientiæ documentum
 Sofalam atque ad Mosambicum ægerrimè per
 nêre. Sub idem tempus, Alphonso Noronia, qui
 circiter quadriennium prouinciam administ
 fet; successor aduenit Petrus Mascarenias idè
 Xauerium olim ex vrbe Roma in Lusitaniam
 duxerat. Is, qua erat in Deum pietate, bonis mo
 rem in modum approbantibus, ante omnia
 uellendos ethnicos ritus ac superstitiones,
 adhuc erant in vrbe Goæ multæ reliquæ,
 & cogitationes intèdit. simul neophytorum
 tati, commodis, immunitatibus, è Regis dona
 cum fide curaque consuluit. Idem, sollicitus
 iterum ab Idalcanis odio Mahometanis
 bus, ac præsertim Inele Maluco, Mealem, quæ
 dudum in libera custodia tenebatur, cum
 tum peditumque præsidio in finibus Decan
 ni, Pondæ cõstituit. Goam dein regressus; radeum
 anno vertente Præturæ; morbo decessit. Hic è
 regis

regio chirographo ritè suffectus è prima nobilitate Franciscus Barretus, hoc Prætor, Mealem à Põda Inel Malucus cum duobus equitum millibus in Decaniæ terræ interiora perduxit. Ab rerum novarum cupidis, quiq̃ sæuo tyranni seruitio premebantur, ad mitem ingenio virum, ac iustum regni hæredem concursus illicò fieri captus. neque se Idalcæ aduersus ea segniter comparabat. inter cætera, diffusus popularium voluntati, magnas firmasq̃ copias è Narsingano regno haud leui mercede conduxerat, ac postremò signis collatis, haud dubiè victor euasit. Meales ad Nizamalucum è fuga se contulit. Goam inde repetijt. ibi reliquam exegit ætatem. Prætor interea firmando imperio intentus, Ciaulanam arcem, vicino subiectam & obnoxiam colli, in eum ipsum collem transferre statuerat. coacta ergo in id classe, cum fabris alioq̃ apparatu Ciaulum petit. Non latuit ea res Nizamalucum, is, ne geminum pro vno iugum acciperet, armato milite prior locum infedit. neque Prætori tentanda res visâ per vim, dissimulato consilio, & renouata cum Nizamaluco amicitia; ad lustrandam Borealem plagam de more perrexit: nullaq̃ memorabili gesta re; Goam ante hyemales motus reuertit. Sub hæc Idalcâ victis perduellibus ferox; in Canarinum litem præfectos cum exercitu misit. ij excelsis tumulis castra posuere, præter fluebat amnis incerto gurgite, præcipitibus vtrinque ripis. ex hisce munimentis Mahometani crebra excursione terrestres ab Goa cõmentus arcebant. Aduersus eos Prætor ex insula peditem tribus ferè millibus, & paucis equitum armis in continentem traductis, cis flumen è regione hostium in ipsa valle confedit. Mahometani in-

ni interim è superiore loco incendiarias bolis
 & varij generis tela torquere. Prator, confert
 cominus pugnae avidus, quòd ponti materia
 set; transitum ex omni parte circumspicere
 quam dubias voragines, & auncta vndique
 pta cernebat; admotis acriter equo calcaribus
 erat cataphraetus, qua in arctum coibat flum
 immani saltu transmisit: ac tanta fuit incitatio
 ti diruptis ephippijs propemodum ex equo del
 beretur. idem ausi ducis exemplo quidam, pro
 nus in terram effusi, & ruentibus super eos equ
 obriti, cetera copia, simulatque trans amnem
 spectus est Prator, qualicunque demum reperto
 do, per aequa per iniqua trajiciunt: ardentesque
 nimis, in hostem aduerso cliuo succedunt. Non
 lere impetum Indi. vixdum inito certamine, quos
 nullum in fuga dedecus, terga vertere, neque
 aspera & confragosa euadentibus Prator diuina
 institit. Missi dein vltro citroque legati; & ex
 usque gentis commodo redintegrata pax est. No
 minori felicitate per id fere tempus in Brasili
 quoque compositi bellorum tumultus; cum
 Lusitanos inter & Saluatoris accolae iurgio,
 anne Rege Brasili defecissent. Sequuta dein
 perque eam tranquillitatem liberior excursum
 uangelio patuit. Thomae Sosa Pratori iam
 successerat Eduardus Acoffa: & peropportuno
 eo insignes aduenerant è Societate I E S V
 Ludovicus Grana, Blasius Laurentius, Grego
 us Serranus, Ioannes Consalvus genere Lusitanus
 Antonius Blasius Castellanus, & qui prouinciam
 hodie regit, Iosephus Anchieta Cataber. Hinc
 iutoribus instituta aliquot locis Ecclesiae, & que
 in pago praesertim, cui Piratipinga nomen. Va
 gique

gijque Braslij, quò commodius erudiri possent, paulatim in vicos aut oppida contributi, atq; hic etiam miraculis nonnunquam Deus prædicationi adstruebat fidem, inter cætera illud insigne referunt. Bello inter Piratiningæ incolas & finitimas gentes exorto; cùm in aciem exissent Piratiningani; necopinata multitudine hostilium copiarum exterriti fluctuabât. Erat in exercitû virilis animi femina, paulo ante sacro lustrata baptisate. Hæc, percussos metu conspicata viros, magno animo hortatur, vt signo Crucis, Christiano more se muniant, ac prælium sine dubitatione committant. Factum vti monuerat; ac dempto dolore tantus repente ardor atq; fiducia cunctis iniecit; vti alacres ac celsi pugna inierint; magnaq; edita strage, hostem in fugâ auerterint intacti omnes, duobus tantum exceptis, qui salutaria piæ mulieris præcepta contempserant. sagittis ambo confixi alter postmodum occubuit. Sub hæc, ad auri venas inuestigandas Lusitani milites cum fabricis in mediterranea Prætoris iussu profecti. eorum animis Azpilcueta pastor adiunctus. ij per multos errores, varijs, vt assolent, conflictati miserijs & ærumnis, denique ad Saluatoris urbem rediere nullo tantæ operæ pretio. At Azpilcueta è summis laboribus ac lassitudine morbû cõtraxit, quo sensim absumptus, magnum Braslij pariter ac Lusitanis desiderium sui reliquit. Interea ex eiti fama rerum quæ apatibus gerebantur Carigij & Ibiragiari populis Americæ interioris, dociles mitelq; natura, Christianæ religionis præstantiâ adamauerant, Castellanis præsertim hortantibus, qui ad Paragaiû amem (is ex Argenteo desuit) sedes habebant. Nec habitauère Carigij amplius duceti, aliquot Hispa

nis admittis, audiendi Euangelij ac baptis-
 tendi causa, Brasiliam versus à sexcentis pa-
 millibus iter periculosum ignotumque cape-
 horum piæ voluntati breuiore compendio
 ctum. siquidem à Tupinaquinis diræ immen-
 gente intercepti trucidati, labes criminū suo-
 tinus cruore expiarunt, tanta beatitudinis
 næ concepta fiducia, vt inter ipsam necem per-
 33 fores in hæc affarentur verba: Vos quidem
 33 tratu vestro, carnifices, fluxa hæc & olida mem-
 33 concidite, animas certè non prohibebitis, quo-
 33 nus ad suum hodie conditorem ascendant.
 hunc modum maectati pleriq; alijs vincla indi-
 vnus è Castellanis duntaxat elapsus, cum ad
 èti Vincentij coloniam peruenisset, cuncta
 bus ex ordine retulit. Missus extemplo ad Tubo-
 quinos haud sine aperto vitæ discrimine
 Correa, linguæ Brasiliæ (vt supra diximus) bes-
 peritus; trucis ac sanguinariæ gentis ferocem
 blando sermone permulfit, ac duos qui super-
 rant, exemptos è custodia Castellanos in Bra-
 am perduxit incolumes. Caterum ipse Car-
 rum indole magnopere delectatus, illam sibi
 uinciam à Nobrega depoposcit. additus illi
 mes è Societate Ioannes Sosa Lusitanus, eximi-
 brietate ac patientia vir: præfinito spatio ter-
 ris, intra quod spatium redirent. Haud
 sa vel irrita fuit legatio. Ingenti labore totum
 lud iter emensi, veibo & exemplo magnos
 rigia terra motus animorum fecere; non
 tantum, sed primoribus quoque à patria vanc-
 magis in dies ad studium Christianæ veritatis
 centis. Ab eo munere dum ad socios euocatos
 Brasiliam repetunt anno seculi huius quinquagesimo

mo quarto, sub ipsum natalem Domini diem, quē Nobrega peregrinationis terminum dixerat; præclara vtrique tanti sudoris atque operis præmia diuinitus persoluta. Vetus quidam erat Castella norum interpres, quem paulo ante Correa captū à Brasilijs, & in epulas de more saginatum, ex eorum faucibus eripuerat, magna huic erat cum Carigijs consuetudo, & auctoritas, varijs artibus & mira calliditate quæsitæ. Ab eius impuro conuictu quod Correa, tollendæ publicæ offensionis causa, concubinam auulserat; ira percitus ille, & immemor acceptæ salutis; insimulare Corream & Sofam apud Carigos institit, & in summum odium adducere, quasi cum hoste vicino in eorum pernicië conspirassent. Inde suspectos vulgò & inuisos, ethnici aliquot in itinere adorti, Brasilijs primùm duos, qui cum ijs ambulabant, dein Sofam nixum illicò genibus, & in preces effusum, sagittis eminè impetentes interimunt. postremò in Corream ipsum arcus intendunt. is, aliquot iam acceptis vulneribus, cum eos placido nihilominus vultu ac sermone lenire conaretur; contra illi pro verbis spicula redderent; flexis item ipse genibus, baculo obiecto, manus oculosque tollit in cælum, peccatisq; hostium ingemiscens, inter supremam deprecationem densatis ictibus exspirauit. Sunt qui factum eiusmodi in dedecus & infamiam trahant, cuius vniversa argumèto probabili. sed mihi certis auctoribus compertum, clementi alioquin, ut supra diximus, ingenio viros, impij veteratoris solo, & proditoris falso metu compulsos ad factus. Certè, cum hæc scriberemus, de instituendo inter eos publico liberalium artium gymnasio à Carigijs agebatur. & vineam hanc, vt in primis

fructuosam, Correa Sosaque præcipua
 colendam sumpserant, quorum ille antea
 tis aduentum, Brasiliæ nominis terra ma-
 cerrimus insectator, postquam à patribus
 est quanto id piaculo fieret: nouis benefico-
 res iniurias obliterare, totumq; sese Brasiliæ
 salutis à patrum disciplina dicare constituit
 clarè secum actum iri putans, si in ea gra-
 Christum adducenda vitam sibi ponere con-
 fet: ac proinde fideliter ac vigilanter admo-
 fatus in opere; quinto in ite Societatis anno
 pos effectus est. alter, ab olla & culina, quo
 nisterio socijs aliquandiu deseruierat, ad ge-
 sam pariter ipse coronam ascitus, noui per
 fratribusque solidæ virtutis ac submissionis
 tamen iniecit. Cùm hæc in Brasilia fierent,
 nes Rex dignam ipsius virtute ac pietate lau-
 rat actionem; Abassini Regis ac regni ad
 cā fidem, atque ad auctoritatem Sanctæ Rom-
 Ecclesiæ tandem aliquando adiungendi, nam
 ab Danide legatus, de quo supra commemor-
 est, Clementi vii. venerationem obsequium
 tulerat; tamē, in tãto locorum ac temporum
 uallo, ad ingenium deinde redierat Abassini,
 quippe cuius in animis hærebant Dioscori-
 tichetis penitus infixæ mendacia; & ab anti-
 no Alexandria præfule nihilominus iurata
 reiponla, ritusque sacrorum, & publica
 tæ caremoniæ periebantur, quapropter videri
 esse videbatur salutis ratio, si ab Romæ
 Pontifice legitimus & recte sentiens
 ad eos pacendos regendosque populos mittere-
 tur, & cum eo, spectata morum innocentiæ & la-
 uitate doctrinæ theologi, qui concionibus, col-
 loquijs

loquijs, & frequenti disputatione; deceptis è mentibus letalium opinionum atque superstitionum fibras euellerent. Cuius rei perficiendæ hoc maiorem in spem venerat Ioannes, quod Claudius Rex, cui Gamma pridem suppetias tulerat, optimè sese in Latinos Francosue (vt appellant ipsi) animatum, & reconciliationis cupidum ostendisset. Rebus igitur cum Iulio iij. mox cum Paulo w. diu multumque agitatis, ad consilium adhibito in primis Ignatio Loiola; tandem in id munus selecti è Societate I E S V tredecim viri, sanctimonia non minus quàm eruditionis laudè præstantes; ijque varijs è nationibus, accessère ex eadem Societate probi aliquot vitæ quotidianæ adiutores. Neq; vlli, tam arduam in expeditionem, tamque laboriosum iter atque longinquum, alacritas defuit. tantum ab honorum vocabulis & insignibus cuncti & suo ipsi iudicio, & Societatis instituto, valde abhorrebant. ac proinde nominatim appellati ea de re quidam, præcisè negauerant. Eo dignior quæ extolleretur, tâta humilitas visa. ac ne tergiuersationi ultra esset locus; ab summo Pontifice pro imperio coactus ad Patriarchatum euehitur Ioânes Nõnius Barretus Lusitanus; qui nuper in Africa redimendis iuuandisq; captiuis insignè operam summa cum prudētia & caritate laudè nauauerat: alterius Nõnij germanus frater, qui tū Indiam Ignatij nomine Societate regēbat. Huic, episcopali dignitate coadiutores, vt appellât, ijdemq; si quid ei grauius accidisset, successores pro potestate insuper adiuncti duo, Melchior Carnerius itè Lusitanus, & Andreas Quiedus Castellanus, qui Collegio Societatis Neapolitano tū præerat, mirus & corporis domitor, & gloriæ hu-

nã contemptor. illum antistitis Niceni, hunc
 rapolitani titulo decorauit Pontifex. Nequa
 piam eorum hãrere potuit cupiditatis auariti-
 tionis vlla suspicio: cùm & inuitos tanta
 subijsse constaret; & per hosce dignitatis gra-
 non ad opes, aut vitã commoda, sed, vt de-
 uit euentus, ad vltimam egestatem, & ærumam
 quotidiana capitis pericula tenderent. Magis
 rò exspectationem delectus ille conciuir. Et
 de successu rerum variè, vt fit, pro suo quisque
 su loquerentur homines; tamen huic tantã ac-
 nouã actioni vulgo fauebant. Ignatius vero
 eandem, non solùm opi diuinã imploranda
 dui per se perque socios votis & supplicatio-
 bus excubabat; sed etiam, fessa iam ætate vitã
 que, suum ipse nomen operamque (modò fatis
 ac species honoris abesset) summo Pontifici
 tẽ detulerat. cumque eius ætati, & valetudini
 ximis præterea occupationibus parceretur, pro-
 rata meditatione ad Claudium Regem scripsit
 „ teras hoc exemplo: Domine mi in Domino
 „ IESV Christo: Gratia tuã Celsitudini, & salu-
 „ affluentia donorũ spiritualium, à Domino
 „ IESV Christo. Serenissim^o Portugalliã Regi
 „ sollicitudine ac zelo, quẽ illi Deus creator
 „ ac dominus dedit gloriã sancti sui nominis
 „ lutis animarũ, quẽ vnigeniti eius filij pretio-
 „ guine & vita redemptã sunt; non semel
 „ mihi per litteras, pergratum sibi fore, si e-
 „ sis nostrã minimã Societatis, quam vocant
 „ duodecim viros designarem, e quibus ille
 „ cham vnum, duos coadiutores pariter & sum-
 „ res eligeret. ijsdemque à Summo Christi
 „ nostri Vicario suppliciter peteret auctoritate
 „ & c.

& ius, quò iure ad suas quisque partes ritè obeun-
das ipsi cum sacerdotibus alijs in tuæ Celsitudinis
regna transmitti possent. Ego, pro eximijs inter ce-
teros Christianos principes, eiusdem Serenissimi
Regis Portugalix meritis erga Societatem no-
stram vniuersam, nostraque vicissim omnium in-
illum obseruantia & pietate, feci quod iusserat:
consultoq; sequutus numerum qui Christi Domi-
ni nostri, Apostolorumque eius collegium refer-
ret; præter ipsum Patriarcham, sacerdotes duode-
cim supplementi ac velut seminarij causa, è cor-
pore nostro cunctos excerpsti: qui ad subleuandas
iuuandasque animas, tuæ Celsitudinis imperio ac
ditioni subiectas, sese vitamque suam in omnem
laborem atque discrimen offerrent. Atque hoc li-
bentius parui, quod præcipua quadam alacrita-
te sentio me sociosque meos omnes ferri ad ob-
sequium & cultum Celsitudinis tuæ, haud imme-
rito, quippe quæ inter tot circumfusas vndique
nationes infidelium & hostium nominis Chri-
stiani, vestigijs maiorum suorum insistens, ad con-
seruandam ac promouendam Christi Domini ac
Dei nostri religionem & gloriam diligenter in-
cumbit. Quam ipsam ob causam optandum fue-
rat, vt ad hæc tam recta tuæ Celsitudinis studia
conatusque, subsidium accederet spiritualium pa-
trum, quibus & legitima potestas ab hoc Sanctæ
Sedis Apostolicæ fastigio deriuata; & fidei Chri-
stianæ pura & sincera doctrina suppeteret. quæ ni-
mirum duæ sunt clauæ illæ regni cælorum, quas
Christus Dominus noster Sancto Petro, & omni-
bus qui deinceps in eius erant folio sessuri, promi-
sit prius, dein ipsa re tradidit. Promisit tantum
modo, cum ad eum dixit (vt legimus apud Diuum

„ Matthæum Euangelistam) Ego dico tibi quia
 „ Petrus, & super hanc petram ædificabo. Ecce
 „ meam; & tibi dabo claves regni cœlorum; &
 „ quid ligaueris super terram, erit ligatum &
 „ lis: & quicquid solueris super terram, erit sol-
 „ & in cœlis. Tradidit, ac promissa patrauit; cœ-
 „ resurrectionem, antequam in cœlum ascendere
 „ sciscitatus ex eo ter (quemadmodum affirmat
 „ uus Ioannes Euangelista) Simon Bariona dicit
 „ me plus his? subiunxit in singula respōsa: Pasto-
 „ ues meas: committens illi non partem aliquam
 „ uium suarum, sed totum prorsus gregem, vniuersum
 „ cum plenitudine potestatis, ad alēdos vitæ C-
 „ stianæ religionis pabulo cunctos ubiq; fideles
 „ demq; ad cœlestia sempiternę beatitudinis pab-
 „ perducendi. Ac cæteris quidem Apostolis aucto-
 „ ritatem Christus Dominus noster impertire desi-
 „ gatam, ac veluti extra ordinem: at Sancto Petro
 „ iusq; successoribus, ordinariam dedit ac plenam
 „ uti ab hoc summo Pastore, tamquam à fonte, vni-
 „ qui animarum pastores peterent, eidemque aucto-
 „ ritatem ferrent, quicquid omnino iuris ad sus-
 „ tinentum munus ac regimen obtinerent: quod
 „ adumbrasse per Esaiam videtur Dominus, cum
 „ Eliachim loquens Pontifice Maximo; Et dabo
 „ tibi, clauem domus Dauid super humerum tuum
 „ & aperiet, & non erit qui claudat; & claudet
 „ non erit qui aperiat, quo videlicet typo figuratus
 „ est Petrus, eiulq; successores, quibus datam
 „ potestatem declarant claves, consuetudine
 „ que symbolum & insigne pleni atque absolute
 „ potestatis. Quæ cum ita sint; Celsitudo tua gratia
 „ bet ingentes Domino Deo nostro, quod ipsi reg-
 „ nate potissimum, dignatus fuerit istis nationibus
 „

mittere veros animarum pastores, qui à Summo
 pendant Pastore ac Vicario, quem reliquit in ter-
 ris IESVS Christus Dominus noster; & quantam-
 canque habet potestatem, quæ sanè perampla est,
 hanc ab eodem illo Vicario totam acceperint. Nec
 sine causa, patri auoque tuæ Celsitudinis displice-
 bat sumi ab vrbe Alexandria Patriarcham. quip-
 pe, sicuti diuisum à corpore membrum, neque mo-
 tum, neque sensum, neque omnino vitam à corpo-
 re accipit suo; ita Aegyptius Patriarcha, siue il-
 le Alexandria, seu Memphi degat, cum schisma-
 ticus sit ac disunctus ab hac sacrosancta Sede Apo-
 stolica, & ab Ecclesiæ totius capite Pontifice sum-
 mo; videlicet vitam gratiæ, & pastorem aucto-
 ritatem, nec sibi recipit ipse, nec alteri cuiquam
 valet legitimam impertire. Ecclesia namque Ca-
 tholica, vna tantum est in orbe terrarum: neque fie-
 ri potest vt alia Romano Pontifici, alia pareat A-
 lexandrino. Vt sponsus eius Christus vnus est, sic
 sponsa illius vnica, de qua Salomon ait in Canti-
 cis ex persona Christi Domini nostri; Vna est co-
 lumba mea: & Oseas propheta: Congregabuntur
 filij Israel, & filij Iuda pariter, & ponent sibi caput
 vnum, & in eandem sententiam multo deinde
 post Sanctus Ioannes, Fiet, inquit, vnum ouile, &
 vnus pastor. Vna erat, quemadmodum in Genesi
 legimus, arca Noe; extra quã nulla omnino salus.
 vnum tabernaculum, quod fabricatus est Moy-
 ses, vnum Hierosolymæ templum à Salomone con-
 ditum, quo in templo sacrificare & adorare oport-
 ebat. vna, cuius staretur iudicio, Synagoga.
 Hæc nimirum omnia Ecclesiam denotabant, quæ
 vna est item; extra quam nihil boni, etenim qui cū

„ eius corpore coniunctus non fuerit, nempe
 „ à Christo capite recipiet influxû gratiæ vni-
 „ tis animam, ac præparatis ad felicitatem quæ
 „ Huiusce vnitatis declarandæ causa, contra
 „ dam hæreticos in Symbolo canitur: Credo
 „ Sanctam Catholicam & Apostolicam Ecclesiam
 „ damnatusque à sacris Concilijs error est, præ
 „ Ecclesias, seu Alexandrinam, Constantinopolitanam
 „ nam aut similes dari, quæ communi omnium
 „ piti subiunctæ non sint Pontifici Romano, et
 „ perpetua serie ab Sancto vsque Petro (qui Christi
 „ Domini iussu, uti à Diuo Marcello martyre
 „ tum est; Romanam elegit sedem, eamque suo
 „ re sanciuit) perducti Romani Pontifices, Vicarij
 „ Christi citra controuersiam à tot ac tanta san-
 „ te doctoribus Latinis, Græcis, omniumque
 „ num habitis; ab sanctis Anachoretis, Episcopis,
 „ alijs confessoribus adorati; tot signis atque
 „ culis, tot denique martyrum, qui in hac fide & vni-
 „ ne Sanctæ Romanæ Ecclesiæ vitam profudere,
 „ stimonio comprobati sunt. Merito igitur, con-
 „ tienti Episcoporum omnium voce, qui ad Clau-
 „ donensem conuenerant Synodum, Papæ Leonis
 „ riter acclamati, Sanctissimus, Apostolicus, Vni-
 „ salis. Et in Constantiensi damnata est hæresis
 „ gantium super omnes & singulas omnium
 „ Ecclesias, Primatum Romani Pontificis eman-
 „ Ad quas tam disertas firmasque patrum sententias
 „ atque decreta, Concilij quoque Florentini, quod
 „ sub Eugenio IV. præter alias nationes, à Græc-
 „ iam, Armenijs, & Iacobitis tanto studio cele-
 „ tum est; in hæc verba accessit auctoritas Do-
 „ mus, Sanctam Apostolicam Sedem, & Pontificem
 „ Romanum, in vniuersum orbem tenere primatum,

ac successorem esse Petri, & verum Christi Vica-
 rium, totiusque Ecclesie caput, & omnium Chri-
 stianorum patrem & doctorem existere: & ipsi in
 Beato Petro, pascendi, regedi, gubernandi vniuer-
 salem Ecclesiam, à Domino IESU Christo potesta-
 te, plenam esse traditam. Iure igitur Serenissimus
 Rex David, tuæ Celsitudinis genitor, misso ad ob-
 sequium Romano Pontifici deferendum legato,
 sanctam hanc Sedem omnium matrem ac principem ag-
 nouit, cumque alia multa & præclara ipsi pariter &
 tuæ Celsitudinis acta numerentur; tunc duo hæc eius-
 modi sunt, ut eorum præstantiam nulla vnquam obscu-
 ratura videatur obliuio: ac proinde ab omnibus
 qui sub isto viuunt imperio, immortales auctori
 bonorum omnium Deo debentur gratiæ pro tam
 singulari in eos beneficio, vestra duorum opera,
 industria, virtute collato: cum alter omnium pri-
 mus se in illius potestate qui Christi vices gerit in
 terris, perpetuo fore professus sit; alter item primus
 dictum ab eodem Christi Vicario Patriarcham,
 verum ac legitimum Sacrosanctæ Sedis huiusce
 filium in sua regna perduxerit. Etenim si in magni
 cuiusdam beneficii loco habendum est, ut profe-
 ctum est, in sitos esse corpori mystico Ecclesie Catho-
 licæ, quod à Spiritu Sancto viuificatur ac regitur,
 quam, teste Euangelista, idem Spiritus docet om-
 nem veritatem; si eximium est munus, lucem sanæ
 doctrinæ intueri, & Ecclesie fundamentis insiste-
 re, quam Apostolus Paulus ad Timotheum scri-
 bens, domum Dei, columnam & firmamentum ve-
 ritatis appellat; cui se promisit in æternum affore
 Christus Dominus, inquit, Ecce ego vobiscum
 sum vsque ad cõsummationem seculi, ut legimus
 apud Matthæum Euangelistam; est sanè cur sine fi-
 ne gra-

„ ne gratulentur istæ nationes Deo Domino &
 „ ditori nostro, cuius prouidentia, per tuam pa-
 „ tisq; tui Celsitudinē tanto illos bono dignata
 „ præsertim cū iure sperandum sit, ex hac ipsa
 „ ciliatione consensuq; fore, Christo domino
 „ derante, vt cum spiritualibus temporaria quoq;
 „ incrementa, non sine amplificatione imperij
 „ & hostium abiectione proueniant. Sacerdotes
 „ mittuntur isthuc, omnes quidem, sed præcipue
 „ triarcha, coadiutoresque, & successores eius
 „ spectata admodum virtute sunt, & nostra in Socie-
 „ tate probati per omnia: ac propter illustrem cari-
 „ tatem, & exquisitam rectamque doctrinam ad hoc
 „ tanti momenti opus adsciti. neque verò illis an-
 „ mus in id ipsum aut alacritas deest, haud leui ca-
 „ cepta fiducia, labores suos, ad Christi Domini glo-
 „ riam, tuæ Celsitudinis rem, animarum auxilium
 „ pari cum operæ pretio collocadi. Humana quæ-
 „ pe salutis amor, illos, & Christi Domini aliq;
 „ saltē ex parte imitandi exstimulat studiū; qui
 „ ciatus ac necem subiit volens ac libens, vt mor-
 „ les ab æterna calamitate redimeret: ait q; per
 „ gelistam: Ego sum pastor bonus: bonus pastor
 „ mam suam dat pro ouibus suis. hoc exemplo
 „ tati Patriarcha & cæteri parati veniunt, nõ verò
 „ duntaxat, consilioque, & spiritualibus adiu-
 „ tis; sed ipsa morte, si res ferat, periclitantibus
 „ mis opitulari. tua Celsitudo quo interiorem
 „ ad consuetudinem ac familiaritatem admittit
 „ eò maiorem, vt spero, capiet in Domino volun-
 „ tem. Iam verò, quòd pertinet ad fidem ac pios
 „ eorum, quæ ab ipsis vel publicè vel priuacim
 „ nentur, non ignorat Celsitudo tua, omnium (quæ
 „ nus ritè legati sunt) sed Patriarcha præcipue
 „

tis, Apostolica fidei pondus & auctoritatem in-
 esse: ac perinde illis & Ecclesie credi oportere; cu-
 ius ab ipsis interpretanda sunt verba & sententia.
 Et quoniam Christi fideles cunctos Ecclesie firmi-
 ter assentiri, eiusque decretis obtemperare, & si
 quid existat ambiguum aut obscurum, eandem
 consulere necesse est; non dubito quin tua excel-
 lens pietas probitasque publico edicto curatura
 sit in suis regnis, vti omnes omnium ordinum ho-
 mines tum Patriarcha ipsius, tum eorum quos ille
 sibi substituet; dicta, precepta, responsa citra vl-
 lam dubitationem sequantur. Constat ex Deute-
 ronomio, de controuersijs omnibus ac nodis ad
 Synagoga Ecclesie prænuntiam referri soli-
 tum: hinc illa quoque Christi Domini verba: super
 cathedram Moyse sederunt scribae & Pharisei. id-
 ipsum in prouerbij docet sapientia Salomonis,
 cum ait: Ne dimittas precepta matris tuae (ea est
 Ecclesia) & alibi: Ne transgrediaris terminos quos
 posuerunt patres tui. ij sunt eiusdem antistites. De-
 niq; tantum Ecclesie suae tribui ac deferri vult Chri-
 stus Dominus; vt per Sanctum Euangelistam Lucam
 aperte denuntiet: Qui vos audit, me audit: qui vos
 spernit, me spernit. & per Sanctum Mattheum: Si Ec-
 clesia non audierit: sit tibi sicut ethnicus & publi-
 canus. Ex quo apparet, ne aures quidem prebendas
 ijs, qui alienum quippiam a sensu & interpretatio-
 ne catholicae Ecclesie attulerint; Sancto quoque
 Paulo in epistola ad Galatas id ipsum pramonete,
 cum ait: Si aliud vobis angelus de coelo euangeli-
 zauerit, praeter id quod euangelizauimus vobis,
 anathema sit. ad summam, hoc idem Sancti doctores,
 Conciliorum Canones, fidelium omnium consen-
 sus & consuetudo plane demonstrant, Ac vicissim
 Patriar-

Patriarchæ ac socijs pariter omnibus certum
 fixumque, tuam Celitudinem assiduo cultu
 missione, atque etiam quoad fas piumque ser
 dulgentia prosequi. Nos verò quotquot in
 terris è minima nostra Societate retinemur,
 Celitudo ad omne obsequium in Domino pi
 rissimos habeat. Nostris quidem certè precibus
 sacrificijs, vt iam instituimus, Deo supplicare
 genus, vt Regiam Celitudinem tuam, regni
 que istud amplissimum in Sancto Christi fami
 tu conferuet: detque illi ita transire per bona
 poralia, vt non amittat æterna. Idem ipse Deus
 Dominus noster, omnibus nobis ad sanctissimam
 ipsius voluntatem & clarè cernendam, & ritè ex
 quendam, perpetuum lumen ac vires pro sua
 nita bonitate suppeditet. Romæ vij. Kalend. Ma
 tias M.D.L.V. Hæ litteræ, quas ad Claudium, vi
 xi, perferret, Ioanni Patriarchæ designato, cum sa
 crificijs diplomatibus, & sacro pallio de more tra
 missæ. Legationem totam Ioannes Rex pro
 consuetudine perquam liberaliter intruebat. Et
 torè insuper declarauerat è suis familiaribus pa
 marium virum Fernandum Sofam, qui Patriarchæ
 honoris causa in Abassiam vsque deduceret. Et
 cedebant regalis opulentiaè dona, intexte am
 gentoque vestes, & sacrorum instrumenta mag
 fica. Dum hæc parantur, maturè ab Goa Regi
 su profectus ad Claudium Iacobus Diazius, ad
 zduentum Patriarchæ & comitum nuntiare
 que aditum in ea loca muniret. Vnà missus à Ro
 tore Consalvus Rhoterigijs (de quo supra men
 rauimus) egregiè pius & eruditus è collegio
 cietatis Goano sacerdos. huic mandatum
 dum explorato ad liquidum sensu Abassiam
 (95)

gis) ut rem totam probe cognosceret; conceptosque ab eo bonæ mentis igniculos, interim accuratè foueret; excitaretque. Simul, superstibus è Christophori Gammæ clade Lusitanis, quorum plerique in ijs terris matrimonio sese illigauerant, spiritalem opem ac solatium afferret. Sapienter id prouisum ac prætentatum, exitus docuit. Biremibus duabus, vnius mensis navigatione, ad Arquicum Abassinæ ditionis expositiampo, in regia statua (quæ subinde principem mutare mos est) terrestri aliquot dierum itinere peruenerunt. Biduo post admissi ad colloquium: & Lusitani Regis epistola publicè recitatur, in qua erat: Quod sese Claudius, aui ac parentis exemplo, rectè in Deum fidei, & Catholicæ communionis cupidum ostendisset; gratissimum id omnibus Christi cultoribus, ac sibi præsertim accidisse, atque ob id se missurum anno proximo certum è sua familia virum, & cum eo perspecta morum innocetia, & doctrinæ synceritate patres, qui optimis eius studijs toto pectore deseruirent. Sub hæc & alia in eam sententiam, è Lusitanis adstantibus Abassinæ linguæ peritis cognita, Rex veluti oppressus, obducto vultu, sermone confuso, perplexa quædam & incerta respondit. ingenij mobilitate, vel improborum suasu immutatam hand dubiè cerneret. Modestè post hæc interrogatus, quid ita super ea re litteras ad Ioannem vitro dedisset; reiecta in librarium aut interpretem culpa, se quidem fraternali in Lusitanum Regem voluntate esse ac fore subiunxit; cæterum nihil sibi minus in mentem venisse, quàm ut iccirco à maiorum institutis; ac tot seculorum spatio corroborata religione deficeret. Attamen

Rhot-

Rhoterigius, ope fretus diuina, captatisq; tribus, Claudium omni ratione ad sanitatē reuocatus; miram in eō & primoribus regni, Caliorum, & Ecclesiasticę historię, ac diuini Scholę iuris inscitiam deprehēdit. Neque tamen aberat. callidē vel in primis ipse Rex agere: pationes modō simulare; modō longis, & inanis, & nō inuenientibus exitum sermonibus industria tempus extrahere: in angusto comprehensus, palam eludere; pleraq; inficiari; interdum iam infimi sacerdotis qua sortem, qua confidentiam acerbē perstringere. At Rhoterigius, cum malignos aditus, & iniquiorem in dies coram deputandi conditionem animaduertisset; libris subseciuis interim operis ab se confectū, & Chaldaicē utcunq; redditum, obtulit Regi, quolibro, confutatis Abasina gentis erroribus, Ecclesię Romanę summum inter omnes Ecclesias tamen ac potestatem apertē monstrabat. Ad hunc librum dum Claudius petita ē varijs eorum bibliothecis volumina dies noctes perlustrat, neque tamen extricat quicquam; Latini sacerdotis nomen, & insignis in eo cuius sapientię famam toto pene regno vulgauerat, prudens, ac nō cautē suppressus liber fuisse, nos proculdubio concursus ad Ecclēsię Romanę gremium apparebat futuros, auxit rumorem in ea (sic enim Aegyptios Antistites vocant) in eas regiones Alexandria missus, hunc Rhoterigij tamini causā cum Rhoterigio cōmittere, atque etiam ut scriptis Rhoterigij responderet hortatus est. At ille, rugosa fronte, superciliosus ductus, nullum, ait, sibi cum hareticis conciliium sermonis esse: neque se illuc alteratū

cum peregrinis, sed cleri ordinandi gratia destinatum. quin religionem vltro incussit Regi, quod impia scripta legere esset ausus: idque ne in posterum faceret, minaciter vetuit. Inter eiusmodi frustrationes ac moras sextus effluxerat mensis, cumque iam tempus reuersionis instaret, Rhoterigi- us, per Sacramenta expiatis, & confirmatis in officio Lusitanorum animis, ab Rege veniam abeundi cum Diazio petit; ac simul obsecrant, missis ambagibus promat, quid super aduentu Patriarchæ & comitum referri imperet Goam. ille, quod ad patrum aduentum attineret, Mazux prælo fore dixit è suis, qui descendentes exciperet, atque ad se cum fide curaque perduceret. vbi coram eòs audisset; tū, se quid facto opus esset, deliberaturum. Simul, auri decem uncias Rhoterigio in viaticum erogari iubet. ille, accepta voluntate, pecunias reijcit. Goam dein repetentes, circa Zeilanam oram subita coorta procella euerlo nauigio prope demersit. saluti fuit, suppliciter inuocatum Beatæ Virginis auxilium. eius præsentiope, desperatis iam rebus, nullo nautarum ministerio suam in sedem carina redijt. ita fluctus exhausti, votiua dein casus effigies Goæ in eiusdem Dei Matris templo suspena. Per eodem fere dies quibus in Aethiopiam Rhoterigi- us erat profectus; è Lusitania præmissi, dum grauiora Patriarcham negotia morantur, ex eius comitatu decem; ac varias, vt sit, in naues impositi, Mosambicum incolumes deuenere. A Mosambico dum vastum præcidunt Oceanum, abducta ab cæterorum conspectu oneraria vna, in syrtim per tenebras noctis impingitur. neque tumidum erat mare, & paruo intervallo, bre-

lo, breuia, ignotam ad insulam exigui admodum
 ambitus pertinebant. Eo tutius, dirupto a
 nauarum vectoresque, trecenta circiter capita in
 ram effusi, verum squalidus, & ab omni humi-
 cultu desertus erat locus, & e comiteatu nauarum
 modicum quid vini, & cibaria eaque ferme vi-
 ta supererant: vt ni properè subueniretur, vlti-
 necessitas ac dira fames instaret. extemplo nauarum
 chus opis petendae gratia scapham cum exim-
 viris triginta conscendit, & leucarum quingenta
 rum, vt nauarum supputat, spatium emensus, hand-
 ne miraculo Goam applicuit, mox, e naufragij re-
 quibus raptim concinnato nauigio, quinquaginta
 me alij subsequuti, remansere ad ducentos, in
 patrum numero tres. Consaluus, Palchalius, &
 phonsus Lupius. hi ab antecedentibus liberaliter
 inuitati; praecipuam conditionem in communi
 discrimine recusarunt: afflictamque turbam
 opem, suis quoque officijs ac praesentia deficiente
 quo erant caritatis ardore, passi non sunt. Hoc
 periculo cognito Praetor Barretus confestim
 duabus velocibus eundem Nauarchum, & nauarum
 rij ordinis praefectum, quem gubernatorem ma-
 mum appellat; ad naufragos quarendos ac dis-
 tandos abire iussit. irritus fuit labor, & ingenium
 diximus, interuallo distabat; & insula quoque
 eò ad inuestigandum obscurior. Ergo non
 uenti, quam inedia ad vnum omnes absumpti
 Eius rei nuntius Goam allatus, moerore ciuitatis
 impleuit. Socij tres aeterno virtutis & caritatis
 praconio celebrati, quod oblato ad salutem
 suis tamen ipsi capitibus aliena solatia praesent-
 sent. Anno insequenti, Ioannes Patriarcha, Antiochiae
 Episcopus, & Ioannes Mesquita, oratore Societatis

ter nauigandum extincto, Goam deuehantur incolumes, ibi cognito Claudium, contra opinionem & famam, in veterum erroribus & impia secessione perstare; digna cōsultatione res visa. Adhibiti per lectissimos è Societate patres, Ecclesiæ quoq; Goanæ viri primarij. Ac Patriarcha quidē, quamquam asperis ac periculosis in rebus, tamen sese in omnem aleam Christi causa paratum ostendere, ceteris nequaquam è Sedis Apostolicæ dignitate visum, eo loco fastigioque personam, tot tantisque Pontificis Romani decretis ac iudicijs inclutam; seiunctæ è Catholico cœtu genti præbere ad ludibrium & contumeliam os. Verum, ne prædamnata & abiecta repente per metum vel ignam tantæ expectationis apparatusq; legatio, & si quid sanari experiēdo posset, omisū vlla ex parte videretur; Andream Episcopū duobus tribusque cum socijs Abassiam adire, quæque Rhoterigijs incassum egerat, pari fide, maiore auctoritate, rursum aggredi placuit: & prout sese res darent, per litteras Patriarchæ Ioanni suadere vel dissuadere provinciam. Ille, tam præclaram de Christo bene merendi & exercendæ patientiæ occasionem arripuit libens. Cum Emmanuele Fernando sacrote, & paucis præterea comitibus in Abassiam profectus; nihilo quàm Rhoterigijs faciliorem se æquorem expertus est Regem. Maior dein illis oblata omnis virtutis explicandæ materies, quæcis namque post eorum aduentum diebus, Claudio à perduellibus acie victo ac perempto accessit Adamas frater, olim desertor fidei Christianæ, vir immanis ac ferus, & Apostolicæ Sedis hostis acerrimus, is, vinctum Andream, in castra illumque raptavit; comites, probris & contumeliamque

Bbb

me-

melijs; Abassinos quotquot catholica veritate
uere visi sunt, vario genere poenarum affli-
que ipse demum à Turcis, quorum arma
in regnum asciuerant, ingenti clade fulsi-
tusque est. & ab iisdem, Andreas ac socij pri-
pti crudeliterque direpti, postmodum igne
spitium iniecto viui panè combusti; denique
ta premi rerum omnium inopia capti sumus
vitã tolerãdam, ne à pusillo, què supra dixi,
licorũ abscederent grege, bobus & aratro que
terrã suis ipsi manibus colerent. Atque inter
difficultates & incommoda quotidiana, carum
& obedientiã gloria clarus Andreas, diuexat
ris modis & fatigato corpusculo tandem ero-
Per hunc modum de aggregandis ad Catho-
rum numerum Abassinis elusa bonorum
At Patriarcha Ioannes, Albuquerque Gen-
piscopo vita functo, cum ad illius Ecclesiã
nacula vocaretur; nũquam, vt eam recipere
curationem adduci potuit. Suum ipse quin-
apicem, quoad liceret, ad Societatis norma
instituta submittens; perpetuam abstinenti-
gionis, industriã laudem ad vltimum vique
tum æquali tenore perduxit. Melchior, N-
Episcopus, pari moderatione cum se patri-
dinem redegisset; in Thomæos Christianos
suetudine Societatis excurrens, Nestorianor-
doepiscopum, inficientem praua doctrinã
lorum animos, egregiè confutauit ac frequen-
que deinceps viro forti dignis actionibus
iniquorum similitates & iodia subijstet
eius caput sagitta, pileoque decusso, prom-
interfectus; in Sinas denique iussu Romanor-
tificis abiit. ibi ad Amacanum hodie Lu-
capit-

emporium, ætatis iam exactæ reliquias, propagandæ fidei, & Christianorum animis ritè curandis infumit, ceteri Patriarchæ socij varias ad functiones de more destinati, vitam in suo quisque munere posuere, insignem inter eos perhibent Antonium Quadrium Lusitanum, qui vniuersæ dein provincie quatuordecim annos magna cum sanctitatis & prudentiæ laude præfuit. Verùm circa irritæ expeditionis initia; neque leuioris momenti aliam, neque meliore successu tentauit Bomferus è familia Franciscana sacerdos, natione Gallus, minimè vulgari vel doctrina, vel sanctimonia vir. Is, rei Christianæ studio incensus cum in Indiam peruenisset, audita Pegusiani regni amplitudine, vtiijsque & superstitionibus incolarum, eam sibi præcipuè gentem omni ope subleuandam, ac fidei rudimentis imbuendam suscepit. Igitur Goa profectus ad Diui Thomæ coloniam, ex qua frequens in littora Pegusiana traiectus est: cum eius colonie Vicario, & Alphonso Cypriano, & cæteris Lusitanis amicitiam iniit, iisdemque adiutoribus in onerariam admiffus, difficili admodum ac periculosa navigatione ad emporium cui nomen Cosmi, deuehitur. Prorsus ignotæ paulo ante Corree aduentum, de quo supra diximus, nostris hominibus ex gentes fuerant, ipsius dein Corree & comitum relatu, multa de illarum diuitijs moribusque comperta. Iosferri postea litteris de origine Pegusiorum præter fabulosas quasdam opiniones acceptum, stirpem eos ab Iudæis exsulibus ducere, qui ab Salomone dånati ad Offiranas aurifodinas, ea loca primi tenuerint. Fertilissimus verò ager, & exspatiatibus latè cãpis, alendo pecori bonus, & affluens omni

varietate rerum est. quippe, alueo navigabili
 flexuoso discursu piscosi amnes intermeantibus
 vnus è Ciamaio lacu centum & quinque
 leucarum decurrit spatium; atque ad infinita
 stas incrementis in triginta circiter leucas
 dans, præpingui ac feraci limo rigat arua felix.
 Accedunt ad opulentiam, crebra introrsum gê-
 ria, facili commercio gentium exterarum, ac
 quidlibet importandi exportandiq; copia & fa-
 tate. Cæterum ignara Dei, & in omnem libidinis
 scelusque proiecta gens est, ac miserandis omni-
 num erroribus inuoluta: è quibus nonnulla
 etiam loco attigisse operæ pretium fuerit: ut
 comparatione, Christiani, cum sua clarius agnos-
 cant bona; tum ad eadem alijs impertienda ve-
 mentius inardescant. Iam primum, qui apud
 barbariem sapientes habentur; infinitos perpetua
 serie ac successione mundos ab omni æternum
 constituunt, innumerabiles item Deos: quorum
 aliquot in singulis mundis variante numero
 incepti existant. qui nunc voluitur, hunc Deum
 quinque habiturum affirmant, quorum quatuor
 iam abierint. postremum hunc ante bis mille
 nonaginta nouem annos aiunt e vita migratum
 nunc sine Deo sunt. post multorum annorum
 rricula venturum alium expectant: eo quoque
 mortuo mundum hunc ingenti conflagratione
 incendio; vti mox reparatur, succedatque terra
 noua, suos item Deos ac proprios habiturum
 Deorum autem cœtum homines referunt, qui
 men lege, si prius in aquatiles, terrestres, &
 aerias omnium generum animantes varia
 mutatione migrauerint. Qui ex hac vita de-
 ijs triplicem fingunt sedem; Naxac, is tormen-

rum est locus; & Scuum, delicijs, ac paradiso Mahometano persimilem; & Nibam, quæ vox, omnis essentia priuationem, & vltimum corporis & animi interitum notat. duobus in prioribus animæ tandiu detinentur, atque inde repetitis nascendi vicibus in mundum toties redeunt; quoad in Nibâ admitti, hoc est, prorsus ad nihilum redigi denique mereantur. Hæc & id genus alia Pegusiani dogmatis elementa sunt; exstant quæ multa de hoc genere toto conscripta volumina. Ex ijs principijs, & eiusmodi vanitate, quàm prauus numinû cultus, quàm absurda caremonia, quæ portenta opinionum, quæ vitiorum sequantur monstra, non expers doctrinæ, vel rerum imperitus facile quis existimauerit. Accedit ad cumulum malorum, quod hæc tenebras circumsepst dæmon, vt solet, summa difficultate luminis inferendi. siquidem ipsius artificio planè persuasum ac penitus infixum habent Pegusij, cuiuslibet alterius, quamquam ex ipso demissæ cœlo doctrinæ vel sectæ, decretis aut placitis, aures, nedum assensum, absque inexpiabili scelere præberi non posse. Bomferrus, in Cosmi de quo dicebamus emporio, tribus ferme annis, inter hæc exploranda mysteria, linguam quæ ediscendam, ingenti labore miseriaque consumptis (ita tamen vt adiuuandis per id ipsum tempus Europæis mercatoribus operam daret) sermone demum de Christiana religione serere pedetentim aggreditur. Vnius æterni triniq; Dei prouidentiam; vniuersitatis huiusce molitionem ex nihilo; primi hominis crimen in posteros omnes letali contagione transfusum; necessitatem satisfactionis infinitæ, quam præter Deum præstare cum posset nemo; Deus ipse, redimendi gene-

ris humani gratia factus homo, volens pro
 que pro sua immensa bonitate subierit; ad
 humanæ salutis auctorem, quotquot sese pe-
 dem, & imitationem, & caritatem adiunxerunt
 hisce omnibus inenarrabilia quædam & sempiterna
 esse in cælo præmia constituta: qui locum
 hisce in tartaro item exquisitissima in omnem æ-
 ternitatem parata supplicia: ad utramque
 pertineat classem, extremo voluentium seculorum
 die, cum animæ vita functæ, rursum corpore
 rã induerint, Deum ipsum iudicem in celeberrimo
 superum inferumque conuentu lata sententia
 planum esse futurum. Hæc igitur, & alia re-
 cte fidei capita, cum per occasionem exponeret
 Dei famulus, multisque partim exemplis, partim
 rationibus affirmare tentasset; mirum equum
 obduratos obfirmatosque contra omnem veritatem
 animos incolarum offenderit, alij, vt fabulas
 ac deliramenta ridere; alij, vt pestes & piacula
 prorsus abominanda respuere, neque multum
 ab ultimo exitio aberat ignotus præco, si non
 ab omni memoria disciplinam ac religionem pro-
 ro inculcare institisset. Ergo non sine causa ve-
 tus, ne super discrimen capitis, & quotidianas
 ærumnas, oleum quoque & operam perdet
 amicorum suafu, re infecta, retrò vnde venisset
 in Indiam reuertit. Per eosdem ferè dies
 Cocini facinus editum. in capsâ, quæ priorum
 lationibus in maximo vrbs templo profana
 nefaria schedulâ à custodibus reperta, cum
 dis in Christum salutis humanæ parentem
 dictis ac iurgijs. Lacerabatur simul è Socra-
 Confalvus Sylueria, qui ad Manomotapam Archi-
 opiz deinde Christi causa perçptus est, ac tum in
 cæcâ

eadem vrbe conciones habebat, vir nobilis genere, sed virtute & eruditione multo nobilior. Huius tam sacrilegæ, tamque infandæ audaciæ crimen haud obscuro indicio hæsit in falsis è circuncisione fratribus, qua ex fœce aliqui ex Europa subinde, pretio à limenarchis aut nauium magistris furtim admissi, mercatorum habitu in Indiam peruehuntur. ibi cum Aegyptijs ferme Iudæis (quorum in ijs locis numerus ingens) aliarumque nationum, & sectarum hominibus, in Christiani deinde nominis damna perniciemque conspirant. Ex eo, de inducenda in illas regiones sacra Inquisitione agi ceptum ab Rege: quæ hodie per idoneos probatosque iuris diuini consultos iudicia Goæ magno rei Christianæ bono exercentur. Interea Melchior Nonnius, ab Goa per varios ancipitesque admodum casus ad Sinarum littora primum, inde, redemptis è custodia Lusitanis, quorum ante meminimus, in Iaponios biennij amplius nauigatione perfertur. comiterque & benignè exceptus ab Rege Bungi, Cosmum Turrianum nec opinato ibidem offendit, qui ab euerfa excisaque iterum per intestinas ciuium discordias rabiemque Amangutio vrbe, sese in ea loca receperat. Cedrinæ ædes eleganti opere, itemque aream modicum quid patribus adsignauerat Rex: eius areæ pars cœmeterio è Christiana consuetudine dedicata: pars altera in vsum valetudinarij publici item diuisa bifariam: vti elephâtiaci, quorum est in ijs terris magna multitudo, seorsum ab cæteris agrotis haberi, curarique possent. Id opus, quod magis nouum insolitumque, eò maiore approbatione celebratum ab incolis; multiq; inde, sed vt antea

plebeijs fermè ad Christum accedebant. At Melchior, haud ignarus, ad excitandos ad virtutem, tatemque populorum animos, quantum sit incipis exemplo momenti; Regem ipsum variationibus ad verum Dei cultum conabatur adducere: successu tum quidem minimè lato: quosque dum tumultus planè quieuerant; & Rex diuina hæreſi, quæ negat spiritum esse vllum, omnino quicquam præter ea quæ sensu percipimus; à voluptatibus, queis dudum adſueuerat Christianæ disciplinæ ſeueritatem traduci ſentulo pacto ſinebat. Egit cum eo Melchior, vti aliquot ſaltem Bonzijs præcipua ſapientia ſua coram ipſo regni que proceribus diſputatione ac certamen haberi de religione permitteret: tum quidem impetratum. Inde cum exiguam in præſentia cerneret proſcendi ſpem; Coſimo cum Bonzijs ibidem relicto, ad ſuum ipſe prouinciale nomen reuertit in Indiam. Sextus & quinquageſimus tum ſeculi huius agebatur annus. eo tempore Ignatius Loiola Romæ, non tam ætate conſectus, quàm ieiunijs, vigilijs que, & ſuper omnia deſiderio Chriſti, deceſſerat. Huic, cum illi in prouincijs, (iſtas enim duodecim ab Dei munere cõſtitutas reliquit) tum in India præſertim, ſolemni ritu, & exquisitis cæremonijs præſentatum eſt, tamecni minimè deerant qui tantuſtri ſanctitate viri patrociniũ implorant potius, quàm fundendas pro eo preces hauitũrde affirmarent. Certè ab illius exceſſu (viri enim patrem in cœlo ſuorum captis ad eſſe iijceres) per omnes fundata ab eo Societatis obſeruantia, recens quædam ad pios labores alacritas, & inuoluntarius mentium ardor, vigor que diſfuſus: & Indiam

ager, cultura & sationibus vberiore quàm antea
 pronentu respondit. annis quippe proximis qua-
 tuor, Gox duntaxat, præter incertam summam eo-
 rum qui à Franciscanis & Dominicanis abluti sūt,
 baptizati ab Societate IESV mille primùm &
 octoginta; mox mille nongenti sexdecim; dein tria
 millia ducenti sexaginta; demùm incremētō notabi-
 li duodecim millia septingenti quadraginta duo.
 In ijs regia virgo fuit, adulta iam ætate, Mealis fi-
 lia, ob generis claritatem Regi Mahometano cui-
 dam in matrimonium destinata. hæc, tempestiuīs
 nobilium sceminarum adhortationibus, itemque
 psalmis, & catechesi, & supplicationibus, quæ per
 urbem haberi consueuerant, studio Christianæ re-
 ligionis incensa, dum Prætor Barretus tota de re
 Mealem docet, ac furentem ira placare conten-
 dit; matris ancillarumque pertinaces & impias e-
 lactata manus, ad paratum in platea vehiculum,
 adiuuante Prætoze, sese proripuit. inde cum hone-
 stissimo comitatu ad spectatæ virtutis ac pudici-
 tiæ matronam perlata Didaci Pererix coniugem,
 adhibito seriba publico testibusque, Christianam
 sponte se fieri velle professa, post aliquot dies in
 Dini Pauli templo ab ipso Aethiopiæ Patriarcha
 vicalibus aquis abluitur, & sacro MARIAE no-
 mine decoratur, tanta ciuitatis vniuersæ lætitia
 tantoque concursu; vt prætor ipse, qua erat pietate,
 virga ad submouendam turbam arrepta, licitoris
 munere fungeretur. eidem virgini cum à primo-
 ribus Lusitanis priuatim, tum à Prætoze data pu-
 blicè munera; & annui redditus aureorum circiter
 octingentorum è fisco regio in alimenta decre-
 titi. Tam ex ipsis quoque Regibus Molucarum, is qui
 Bactianū obtinebat insula, quamquam acriter ob-

nitente socero Ternatensi, tamen constanti
 sese ad Christum applicuit; abolitaque Malaca
 tana superstitione, ac fanis euersis, defixas
 vno loco præaltas Cruces adorari à popu-
 lus iussit. Ac Soloris quoque Rex (quæ salu-
 admodum ora, gradus octo cum quadrantibus
 bus ab Aequatore in meridiem sita, leucas distans
 à Malaca trecentas) cum familia, regni que pro-
 ribus ab Lusitano quodam inflitore baptizatus
 accepit. patres deinde à Malaca per litteras in-
 tos cum propter paucitatem non impetrasset, su-
 tris filium Regem designatum, cui Laurentio no-
 men apprimè bona iuuenem indole, Malacam ipse
 se transmisit: nimirum ut ibi per orium expulsa
 ad suos dein erudiendos reuerteretur in patriam
 Hæc Solorani. Ac multæ insuper eius plage natæ
 nes cum Euangelij nomen pertenui accepissent
 ma, miram in cupiditatem Christianæ religio-
 nis exarserant. Quibus ut Ioannes Rex pro-
 ter multitudinem atque distantiam cunctis op-
 tulari non posset; Indicos quidem certè
 phytos nouis decretis ornare, beneficijs atque
 neribus augere pergebat. is audita Petri Ma-
 reniæ morte, cum præclare intelligeret ad
 ficationem rei Christianæ plurimum in-
 cuiusmodi moribus ingenioque Prætor
 regeret; circumspectis omnibus Lusitani præ-
 bus regni, præfectum cubiculi Constantinianæ
 gantia Ducis fratrem, in id ipsum delega-
 nus: qui prouinciam illam adeò sanctè at-
 denter postmodum obrinuit, ut deinceps
 ed magistratibus, officij exemplum ac nom-
 nus ipse proponi consueuerit. Iam in id
 Ioannes acriter animū & cogitationes in-
 iudicat, vi

vti Francisco Xauerio pro sanctitate viri, & immortalibus in Ecclesiam Christi promeritis, coelestes more maiorum honores à Pontifice Romano decernerentur. Atque idcirco per litteras Indiæ Prætori mândarat, vti quæcunque per Xauerium Deus miracula perpetrasset, verè atque accuratè indagata colligeret: cuius nos inquisitionis autographum exemplar cum testimonijs publicis priuatisque apud Conimbrigense Collegium nuper inspeximus. Hæc meditantem ac molientem, neque sera, neq; inexpectata Ioânem abstulit mors, cum ætatis annum, viribus dudum affectis, ageret quintum & quinquagesimum: vir planè magnus, & venerabilis, ac præter cæteras laudes æterno præconio celebrandus, quòd imperij moderatiorne, cultuque bonarum artium, & studio religionis amplificandæ, formam speciemque benefici, & mitis, ac verè Christiani Regis expresserit.

Historiarum Indicarum Finis.

